

Domine deus meus exaltasti firmamentum habitacionem meam: et pro morte defluenti deprecata sum. Inuocaui dominum patrem dominum meum: ut non derelinquat me in die tribulationis mee et in tempore futurorum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assidue: et colaudabo illud in confessione. et exaudita est oratio mea. Liberasti me a perditione: et eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor

et laudem dicam nomini tuo: domine deus noster. *Secunda Sancti euangeli secundum Mattheum.*
In illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis: parabolam hanc. Simile est regnum celorum decem uirginibus: que accipientes lampades suas exierunt obviam sponso et sponse. Quinq; autem ex eis erant fatue: et quinq; prudentes. Sed quinq; fatue: acceptis la-